

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Maria q  
cum uariis

Quid nos tantilli, quid actione pusilli, quid in eius laudibus referamus cum etiam si omnium nostrum membra uerterentur in linguas, eam laudare sufficeret nullus? Altior enim celo est de qua loqui nitimur, abyssus profundior cui laudes dicere conamur. Si celum, inquit, te uocem, altior es; si matrem gencium, precedis; si formam Dei te appellem, digna existis; si dominam angelorum parata, esse probaris. Quid ergo digne de te dicam?

Ieronymus ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

eius] eis V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; nitimur] nititur P V<sup>1</sup>; altior es] altiores V<sup>1</sup>; parata] prima P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>;  
digne de te] de te digne P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ibidem *om.* C M P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>